





Pd. 42.











13.  
RESPONSUM JURIS  
AD QVÆSTIONEM PROPOSITAM,

In quo

*Non solum clarissimè demonstratur*

*quòd*

IN CAUSIS  
ECCLESIASTICIS,

*Et in specie*

CANONICALIBUS ET PRÆBEN-  
dariis, à Statibus Imperii Evangelicis per  
Jura Canonica & Leges Imperii ad suprema Germaniæ  
Tribunalia, Aulicum scil. & Camerale, non possit licitè appel-  
lari, nec ab iisdem desuper cognitio institui,

*Sed etiam*

Ex genuinis principiis, atque solidis ra-  
tionibus Statibus Imp. Evangelicis in ditionibus suis  
*Fus summum seu Papale circa omnes causas ecclesiasticas &  
spirituales competere asseritur.*

*CUM*

*Approbatione trium famigeratis-  
simorum & tribus in Imperio receptis religionibus  
addictorum Juridicorum Collegiorum, nec non Additionibus  
quibusdam necessariis.*

EDITIO SECUNDA emendat. & auct.





RESPONSUM JURIS  
AD QUESTIONEM PROPOSITAM

IN CAUSIS  
ECCLIASTICIS

CANONICALIBUS ET PRAEBEN-  
DICALIBUS

EX COLLEGIIS UNIVERSITATIS  
HALLAE

AD PROMOTIONEM  
MAGISTRI

EDITIO SECUNDA  
MDCCLXXII







## TYPOGRAPHUS

*L. Salutem.*

**P**ostquam *Author* vidit in *Responsō* suo, se in scio, in non nominato loco, impresso, non solum multa vitia typothetica inveniri, sed & aliqua omissa esse, necesse habuit novam & emendatam ejus editionem suscipere. Et quoniam rogatus est, ut nonnulla locis congruis adderet, & dubia quædam opposita removeret, satisfecit quoque isti desiderio. De coetero monendum est *mensē Septemb.* 1699 in Academia *Hallensi* sub auspiciis *Dn. Henrici Bodini*, Jcti & Antecessoris celeb. nec non Consil. Ele-





Etoral. Brandenb. prodiisse egregiam  
disputationem de illicita à Princi-  
pibus Protestantibus provocatione  
in causis Ecclesiasticis, & Dn. Joh.  
Frid. Cramerum in Universitate Alt-  
dorsina doctam disputationem Gra-  
dualem de causis Consistorialibus  
an & quatenus ad Judicium Impe-  
riale Aulicum spectent? proposuisse,  
in quibus eadem sententia, quam hoc  
Responsum tuetur, prolixè  
defenditur.

LECTO.



LECTORI BENEVOLO

Editor J. R.

S. D. P.

**P**ervenit hisce diebus in manus meas præsens Juris Responsum, ad requisitionem Status cujusdam Imp. Evangelici conscriptum, & postea à tribus famigeratissimis Collegiis Juridicis cum elogio approbatum & confirmatum, cum Additamentis subnexis. Et licet Authoris nomen adscriptum haud fuerit, ab Amico tamen talismodi rerum & scriptorum anonymorum atq; pseudonymorum investigatore industrio & felice percepi, non esse alium quàm HENRICUM GÜNTERUM THULEMARIUM, Augustissimo Rom. Imperatori LEOPOLDO Magno & Potentissimo Danorum ac Norvagorum Regi à Consiliis, nec non Sac. Cæsar. Palatii Comitem & Diversi. Imp. Stat. Consiliarium intimum. Quoniam Evangelicorum Imperii Statuum Jus Sacrorum seu independens & supremum circa res Ecclesiasticas & Spirituales in hoc Responso clarè satis, & genuinis ex principiis, solidisque rationibus, demonstratum est, decrevi typis id cum subjunctis additionibus committere. Neminem namque latet, talismodi Responsorum magnam olim fuisse & adhuc esse auctoritatem, vid. l. 2. in fin. ff. de O. l. §. Responso l. de I. N. G. & C. Juris Consulti quippe majori solent uti diligentia, quam ipsi Judices, præ variis occupationibus causas & negotia non tantà diligentia rimantes, ut illi ex intimis juris principiis & conclusionibus sententias excerpentes, quod non modo tempore, sed etiam longâ lectione & laboriosâ chartarum revolutione summâq; diligentia indiget, quemadmodum post Tiberium Decianum scribit Cancellarius Stuckius in consil. Discant ex nostro Responso summam potestatem Statibus Imperii Evangelicis in causis Ecclesiasticis, & speciatim Canonicalibus & Præbendariis, citra ullam appellationem,





competere, quibus illa haectenus vel planè ignota, vel non adeò cognita fuit,  
& propterea appellationibus ad suprema Imperii Dicasteria factis non  
contradixerunt, quod tamen optimo jure potuissent, uti id haectenus non  
sine successu fecerunt Electores Saxo & Brandenburgicus,  
Dux Luneburgo-Cellensis, Abbatissæ Quedlinbur-  
gensis & Herfordiensis, Princeps Anhaltinus, Sena-  
tus Civitatis Imperialis Hallensis in Suevia, aliique  
nonnulli Augustanæ Confessioni addicti Status.  
Utere ergò B. L. hoc Responso, ejusque publicationem boni consule, cui sè  
Samuelis Stryckii J. Cti, Comitis Palatini Cæs. Sereniss. Elector.  
Brandenb. Consiliarii Sanctioris & Universitatis Hallensis Dire-  
ctoris, doctissimam dissertationem de jure Papali Princip. Evangel.  
junxeris, non pœnitebit, nam Is Argumentum hoc  
egregiè illustravit. Vale.



L. N. D.





I. N. D. N. J. C.

## RESPONSUM JURIS.

§. I.



Uoniam mihi probè constat, quòd Jure-  
Consultus, tanquam justitiæ sacerdos, ra-  
tione officii & professionis non debeat ju-  
stitiæ deesse.

*l. i. S. cujus ff. de l. & l. Mund. v. 1. cons. 12. n. 2. Vultej. v. 1. cons. Marb. 15. n. 3. & cons. 29. n. 8.*

Eiq; incumbat consulentibus secundum ea, quæ propo-  
nuntur, de jure respondere, adeò ut invitus etiam ad id  
cogi queat.

*Thoming. cons. 46. n. 1. Brunnem. cons. ult. n. 2. Bē-  
fold. cons. 57. n. 1. Schrader. feud. p. 10. sect. 10. n. 36.  
Bucholz. resp. jur. pro matrim. Princip. cum def. uxor.  
sor. n. 13. Vultej. cons. 21. n. 4. vol. 1. & cons. 37. n. 13. v. 4.  
Ruland. de Commiss. lib. 1. c. 25. n. 12. Fichard. v. 2. cons.  
20. n. 6. & cons. 45. n. 1. Klock. v. 2. cons. 2. n. 2. Feltman  
de impar. matrim. præfat. n. 4.*

non possum quin ad

QUÆ:



QUÆSTIONEM PROPOSITAM

*An in causis Ecclesiasticis, & in specie Canonicalibus & Præbendariis, à Statibus Imperii Evangelicis per Jura Canonica & Leges Imperii ad suprema Germaniæ Tribunalia, Aulicum scilicet & Camerale, licitè possit appellari, & ab iisdem desuper cognitio institui?*

in Dei nomine me accingam, & bene consideratis omnibus circumstantiis, ponderatisq; momentis quibusvis, ad *Eandem* (salvo tamen Aliorum aliter sentientium iudicio) *Negative* respondeam.

2. Solenniter autem declaro, quòd scripto hoc nullius juribus detrahare cupiam, sed in via regia juris & justitiæ manere, nihilq; proferre velim, quàm quod Imperii nostri juribus & pragmaticis sanctionibus convenit, bonisq; rationibus innititur.

3. Ne autem quis cavilletur assertiones nostras paradoxas



doxas esse, aut ad minimum novitatis notâ laborare, quamplures præstantissimos Doctores & Celeberrimos JCtos, qui idem diu ante nos scripserunt, & hodiernum strenuè tuentur, ubiq; adducam, ut inde quoq; appareat à quibus hanc doctrinam hauserim, & per quos proferam. Evidens enim est, quod Juris Consulto, nihil in suam sententiam alleganti, nihil vel parum credatur

*Limn. lib. 6. jur. publ. c. 1. n. 45.*

& quod tutissimum se constituat pro victoria obtinenda allegans decisionem legis, vel cujusdam Doctoris, in terminis, etiam sine lege, loquentis

*Sande in præf. decis. Fris. Viv. lib. 1. dec. 1. 5. n. 5. Riminald. conf. 689. n. 120.*

cùm talem invenire doctissimi sit Juris Consulti, uti loquuntur

*Wesemb. vol. 1. conf. 19. n. 63. Felin. in c. cum ordine X. de rescript.*

4. Nunc ad rem ipsam pergo. Non solùm in jure Canonico & apud Catholicos præbendæ ipsis Canonicebus annexæ pro rebus spiritualibus seu ecclesiasticis habentur

*vid. c. 25 §. 2 x. de præbend. Barbof de Canonic c. 12. num. 8.*

sed & apud Protestantes in Imperio nostro post Reformationem Evangelicam præbendæ & Canonicatus

B

(quæ





(quæ arctissimo nexu invicem cohærent, & correspondentiam inter se habent

Cravett. v.1. conf. 170 n.5 Schröter. cas. conf. 53.)  
referuntur ad statum Ecclesiasticum

Dn. Gerhard. in præfat. ad loc. Theol. tom. 7. de conjugio.

Dn. Maslov. de Canonicis & Canonicatu n. 4.

& casus circa istiusmodi Canonicatus obvenientes ex jure Canonico deciduntur

Dn. Stryck ad Brunnem. jus eccles. lib. 2. c. 10. §. 7.

5. De talibus autem spiritualibus seu ecclesiasticis causis nullus iudex secularis vel laicus

Thileman de Benign. obser. v. Cam. Imp. pentecost. 1. obs. 36. n. 1.

nec ipse Imperator

Dn. Joh. Helv. Schütz lib. 3. jur. publ. Tit. 4. posit. 2. n. 1.

Blum. proc. Cam. Tit. 29. n. 86. & 114.

sed tantum ecclesiasticus sive Episcopus judicare potest

C. 1 & 2. & 12 x. de for. compet. ibiq; Gonzalez c. 2 Clement. de jud. c. 8. x. de arbitr. Dn. Textor prax. jud. p. 2 c. 6 n. 39 & 52. Ummius process. disp. 4 th. 13. n. 71. Dn. Mev. p. 2. decis. 365 n. 6. Vid hanc in rem eleg. & prolix. votum XIII Assessoris Camer. apud Lehman de pace relig. lib. 3 p. m. 113 seq.

6. Adeò, ut si dubium oriatur inter Judicem ecclesiasticum & secularem quis competens sit? tunc de hac

com-



competentia, licet non adeò liquidum sit, an causa sit  
spiritualis? solus iudex ecclesiasticus cognoscere de-  
beat

*C. si iudex laicus* 12 de sent. excomm. in 6. Fel. de Oliva  
de For. Eccles. p. 1. q. 26. n. 21.

7. Quod extenditur ad causas spiritualibus annexas,  
tales enim æq; ad iudicium ecclesiasticum pertinent, &  
coram hoc debent definiri

*C. quanto* 3 x. de iudic. Marth. de iurisdic. p. 4. Cas.  
145. n. 8.

8. Ex quibus rationibus etiam Camera Imperialis in  
causis ejusmodi fundatam haud habet jurisdictionem

Mynsing. cent. 1. obs. 100. Gail. lib. 1. Obs. 38. n. 1. & lib. 1.  
de P. P. c. 1. n. 14. Blum. dict. loc.

9. Notum jam omnibus est ex

*Pac. Relig. de anno 1555* §. damit auch obberührete 20 &  
§. jus diocesanicum 48 artic. V. Instr. Pac. Osnabrug.

quòd Episcoporum Catholicorum & Papæ Rom. arro-  
gata jurisdictio ecclesiastica in territoriis Statuum Pro-  
testantium planè, non negativè sed destructivè & trans-  
lativè, hoc est, cum pleno effectu, suspensa

Reink. lib. 3 de reg. Sec. & eccl. class. 1 c. 7 n. 23. Dn. Ni-  
col. Lyncker diff. de superior. Sac. §. 3. Dn. Henr.  
Linck de jur. Episcop. c. 1. n. 62

& omnia quæ à jurisdictione Ecclesiastica dependent,





& juris sunt dioecesani, in Status Imperii Evangelicos translata sint

Dn Rhet. *inst. jur. publ. lib. 1 Tit. 16 n. 8 §. quoniam omnia quæ.*

liq; habeant jus sacrorum *omnimodum*

Dn. Lyncker *analect. ad Sv vederi jus publ. part. spec. sect. 2. c. 12. §. 1. in fin. vers sed Status Imp. Protestantes.*

& in personas atq; res clericorum plenissimam jurisdictionem

Dn Struv *diss crim. 4 de degradat. & suspens. cler. n. 2*

adeò ut suprema facultas cognoscendi in ecclesiasticis cum superioritate territoriali ( utpote cujus pars primaria est jurisdictio ecclesiastica

Dn. Struv. *c. 6 feud. aph. 17 Klock. v. 3 cons. 146 n. 18.*

Dn. Lyncker *d. §. 3. Cothman v. 4. resp. 33. n. 18.*

Dn Schilter *lib. 1. jur publ. Tit 24. §. 4. Dn Ertl theatr.*

*superiorit. territ. apparat. 5. p m. 98. Dn Seckend. Deutsch.*

*Sürsten-Staat, p. 2 c. 11. §. 2. Dn. Rhet. lib 2. inst. jur.*

*publ. Tit. 1. n. 15.)*

independentem conjuncta sit

*§. quantum deinde 30 ibi: cum ejusmodi Statibus cum ju-*

*re territorii & superioritatis, & §. territorii jure 43 artic. v.*

*atq; artic. 8 §. 1 Instr. Pac. Osnabrug. Dn Sv veder. jur.*

*publ. part. spec. sect. 2 Cap. 12 n. 1.*

10. Liquet inde, quòd omnes Evangelici Imperii Status supremâ ac illimitatâ in ecclesiasticis jurisdictione

& po-



& potestate circa sacra ( quam Ober-Bischoffliche Macht appellat Sereniss. Elector Brandenb. Fridericus III in decreto suo decisorio wegen der Freyheit des Reichstuhls in Dero Residentien publicato Coloniae ad Spream d. 16 Novemb. 1698 ) seu Papali jure gaudeant

d. art. v §. Jus dioecesanum 48 Instr. Pac. ibi: *Intra terminos territorii cujusq; Jus dioecesanum & jurisdictio ecclesiastica se contineat* ( Germanicè hæc verba in der Schur-Sächsischen edition ita habent: und in denen Schrancken eines jeden Landes Obrigkeit das Jus dioecesanum und geistliche jurisdiction verbleiben )

quemadmodum nuper quoq; mense scil. Majo anno 1696, respondit de jure consulta Ampliss. Facultas Juridica Hallensis; Idem jam antea scripserant

Dn. Linck de jure Episcopali Cap. 1. n. 61. Dn. Mauriti. de secularisat. bon. eccles. c. 6 n. 6. Dn. Stryck ad Brunnem. jus eccles. lib. 2. c. 8. §. 1. verb. aliud Regium. Dn. Coccej. jur. publ. c. 18. n. 38 & Cap. 22. n. 15. Dn. Feltman de impari matrim. p. 1 cap. 3 §. 430. 431 & 434. Myler de Princip. Imp. c. 86. & 88. Nicolai resolut. cas. dub. 2 n. 84. Dn. Textor d. p. 2 c. 5 n. 161. Dn. Wincop Professor Catholicus in Academia Erfurtina disp. de jure Patronat. eccles. anno 1694. habita c. 3. §. 23.

II. Proinde circa res ecclesiasticas neminem superiorum ( Imperator enim jus circa sacra non usurpat, sed voluntariâ abdicatione illud in manus Papæ Romani resignavit





Dn. Rhet. diff. de secularisat. c. 4. n. 58. Dn. Uffenbach. de jud. Imp. aul. c. 10. sect. 2. subsect. 1. qui quoq; est in ejus possessione Dn. Gockel. de jurisdictione suprema aphor. 1. §. 3) in mundo recognoscunt, sed suprematum ( la souveraineté ) obtinent, ceu d. 4. Januar. 1697 respondit de jure consulta Nobiliss. Facultas Juridica Moguntina.

Consentiunt quoq; Dn. Brunnem. lib. 1. jur. eccles. c. 2. n. 9. Reinking de reg. sec. & eccles. lib. 3. Class. 1. c. 10. n. 51. Feltman dict. loc. Dn. Stryck de jure Pap. Princ. Evang. in proœm. & c. 2. §. 2. illustriss. Comes de Wurmbrand diss. de for. Germ. Princip. c. 2. class. 2. §. 2. Burgold. p. 2 ad Instrum. Pac. D. 20. n. 13. Linck de for. Protestant. immed. in caus. matrim. sect. 1. n. 41 seqq. Dn. Bodin. disp. de illicita à Principib. Protest. provocatione in causis ecclesiast. th. XI ubi ita loquitur: unde per Pac. relig. & Instr. Pac. Osnab. art. V §. 48 & passim Regiam quasi & independentem ac absolutam in sacris consecuti potestatem, adeò ut actuum suorum nemini nisi Deo rationes reddere cogantur, in hoc mundo superiorem non recognoscunt, cui hac in re jussa eorum emendandi & corrigendi jus competeret, aut ad quem illi qui sese gravatos putant, provocare possent. Dn. Jac. Brunnem. diss. de jure Principis circa rat. civit. cap. 8. num. 25.



12. Hinc concluditur: quòd Eorum decreta circa ecclesiastica appellationi ad summa Imperii tribunalia non sint obnoxia (uti laudata Facultas Moguntina in dicto responso, nec non alio de 29 April. 1697, bene quoque monuit) suspenso enim

per Pacif. Relig. & Instr. Pac. Westph. dd. loc. omni jure Papali, omniq; Ipsorum territoriis incluso, quis de summo circa ecclesiastica, citra ullam appellationem, cognoscendi pronunciandiq; jure dubitabit? cujus suspensio seu sublatio

(vid. *suprà princ. §. 9.*)

sine quadam translatione fuisset frustranea (contra *Cap. relatum 4 x. de cler. non resid. in Eccles.* in quo Papa Alexander 3 rescribit verba legum accipienda esse cum effectu, hoc est, juxta *Wagnereck ibid. in exegesi*, cum tali sensu, qui non sit frustraneus) imò valde iniqua

vid. *Dn. Stryck d. diff. c. 6 §. 3.*

13. In

*dict. §. 48 art. v. instr. Pac.*

*fus diocesenum* appellatur, non à lege diocesana, secunda parte juris Episcopalis, sed publicâ authoritate comprobata, & ad eminentiam Papalem evedtâ voce. Hinc hæc ipsa vox non tantum indigitat legis concessionem & Pontificiæ potestatis publicâ conventionem factam suspensionem, sed ipsam quoq; superioritatem territoria-



rialem, summam, sine ullo recurſu ad Pontificem Rom.  
in Eccleſiaſticis jurisdictionem annexam habentem;  
territorium enim in eccleſiaſticis, de quibus hîc agitur,  
diœceſis nomine venit

*c. 10 cauſ. 16 q. 7. c. 17. cauſ. 18 q. 2. Innocent. in c. 13  
x. de for. compet. Klock de contribut. cap. 10. num. 92.  
Dn. Zigler ad Lancell. lib. 1 T. 27 §. 21. Dn. Burgold.  
ad Inſtr. Pac. p. 2 diſc. 17 n. 6. Dn. Stryck d. c. 2. §. 4  
ubi Jus diœceſanum definit: quòd ſit poteſtas ſumma exercen-  
di omnia jura eccleſiaſtica, totamq; jurisdictionem Papalem cum  
ſingulis ſpeciebus, ex legibus Imperii competens.*

14. Ex ſolenni quoq; Evangelicorum Imperii Ele-  
ctorum in

*Capitulat. Imp. Leopoldi & Regis Rom. Joſephi art. 1. § 19  
facta ſtipulatione, quâ ſibi cavent, ne, quæ ibi Papæ Ro-  
mano aſſeruntur, ſuæ religioni & juri jam quæſito præ-  
judicent, ſequitur, quod ſibi & aliis Evangelicis Con-  
ſtatibus omne jus circa ſacra, aliaq; Papalia beneficia  
reſervaverint illibata.*

15. Ob hanc abſolutam & ſummam circa ſacra po-  
teſtatem cuncti Evangelici Imperii Status hodie ſunt &  
dicuntur *Papæ* ſeu *Pontifices maximi* vel *ſummi Episcopi*  
in ſuis territoriis (*Päbſte* vel *Oberſte Biſchöffe* in ihren  
Länden)

*Dn. Rhet. diſſ. de ſeculariſat. c. 4 n. 58 & de Jur. Stat.  
circa ſacra c. 5. n. 18. Dn. Stryck diſc. c. 2. §. 10. Dn. Zech*

*Europ.*



*Europ. Herold. p. m. 534 Burgold ad Instr. Pac. p. 2. D. 17 n. 2. Dn. Feltman de titul. honor. lib. 1 c. 66 n. 12 & lib. 2 cap. 1 n. 12 & c. 9 n. 14 nec non tract. de impari matrim. p. 1. c. 3. §. 4. 0 in not. n. & §. 4. 4 ubi verba ita habent: Et quia jus sacrorum est Regium competitq; Principibus cæterisq; Ordinibus Imperii, qui cultui repurgato nomen dedere, adeò ut non tantum Episcopi sed & Pontifices Maximi in suis terris mereantur quin & debeant dici. Dn. Author des Monatl. Staat-Spiegels in seinen reflexionen auff den Monat Febr. anni 1699 zu Augspurg bey Koppmayer und Maschenbauer cum privilegio Cæsareo gedruckt / ubi pag. 36 & 37 ita loquitur: Es ist be- fandt daß die Protestirende Stände des Reichs in ihren Territoriis durch den Religions- und Westphälischen Frie- den die höchste Gewalt in Geistlichen Dingen / welche sie sonst ad differentiam des Göttlichen offenbahrten Worts selbst / quæ interna dicitur religio, potesta- rem circa religionem externam nennen / behauptet / krafft welcher sie nicht nur die Ecclesiastica, so den Bi- schöffen in den Catholischen Landen über die unterthanen zustehen / sondern auch die jenige höchste Gewalt / welche apud Catholicos dem Pabst allein zukommt / exerciren.*

16. Imò plus possunt facere quàm Pontifex Romanus, qui Cardinalium plerumq; consensu indiget, Illi autem in suis territoriis liberè agunt ex summæ potestatis ec- clesiasticæ plenitudine, nisi pacta cum subditis inita ob- stiterint, quæ omnino illæsa servari debent.





*Instr. Pac. Osnabr. §. pacta autem 33 art. v. & §.1 art. 7 verbis: salvis tamen semper Statuum cum subditis suis conventis pactis. Dn. Stryck d. §. 10.*

Nam non solum jus commune violare, sed & in Deum peccare dicitur, qui pacta conventa rumpit

*Corn. in leg. 8 Cod. de pact.*

17. Status Imperii Evangelici in juris hujus Papalis exercitio nec à subditis, nec ab ipso Imperatore Ejusq; Judicio aulico, nec ab alio turbari poterunt, quod ipsum etiam expressè cautum est in

*Instrum. Pac. Osnabrug. art. 8. §. 1*

ubi stabilitum videmus liberum juris territorialis, tam in ecclesiasticis, quam politicis exercitium, ita, ut in illo à nullo unquam, sub quocunq; prætextu, de facto turbari possint vel debeant.

18. Et quòd causæ Evangelicorum ecclesiasticæ, æque ac Catholicorum, à jurisdictione Judicii Imperialis aulici exemptæ sint expressè scribit

*Dn. Uffenbach in tractatu suo de consilio Imperiali aulico cum approbatione & Consiliariorum Imp. aulicorum elogiis 1683 Viennæ impresso Cap. 12 sect. 1 n. 3 & subsect. 5*

19. Hæc cum ita se habeant, apparet clarissimè, in maximum præjudicium Evangelicorum Imperii Electorum,





rum, Principum ac Statuum vergere, quando in cognitionibus super Canonicatibus vel Præbendis appellatio ab Eorum judiciis ad Cameram Imp. vel Senatum Imperii aulicum permittitur, quia hoc modo Status isti Evangelici minorem habituri sunt auctoritatem in ecclesiasticis cognoscendi, quàm quâ pollet in Germania Episcopus vel Abbas Catholicus, à cujus Consistorio ad Senatum Imper. aulicum vel Cameram Imp. non potest appellari, sed, vigore Concordatorum Nationis Germanicæ inter Fridericum V Imp. & Nicolaum V Papam initorum, tantum ad Papam Romanum, cujus tamen auctoritas & jurisdictio ecclesiastica apud Evangelicos, uti antea diximus, nunc planè suspensa, & hæctenus non solum Domino territorii à Catholicis relicta, sed & in effectu, si verum fateri volumus (vid. supra princip. §. 9.) cessa est, terminisq; territorii includitur, & sic expressè Status Imperii Evangelici adscribitur potestati in

*d. §. 48 artic. v Instr. Pac. Osnabr.*

20. Obiter hîc & in transitu quasi commemoro: ex quadam necessitate contigisse, ut jurisdictio ecclesiastica apud Status Evangelicos juribus territorialibus adhæreat, dum enim, vigore

*dicti §. damit auch obberührte 20 Pac. Relig. de anno 1555*





Jurisdictio Episcoporum ecclesiastica in Statuum Protestantium terris suspensa fuit, ea autem tanquam accidens sine subjecto esse non potuit, nec Evangelicis Electoribus, Principibus ac Statibus, tanquam personis secularibus, (juxta Catholicorum opinionem) competere, necessariò ad ipsa jura territorialia referri debuit, ut nempe à Statibus Evangelicis imposteriorum, quoad directionem, per Consistoria administraretur. Vid. judicium apud

Dn. Fritsch. *elect. jur. publ. c. 6.*

21. Et quoniam à Catholico Episcopo in Germania ad nullum seculare Tribunal potest appellari, ideò Evangelicis Statibus quoq; vitio verti nequit, quando forum Imperatoris declinant in causis, in quibus Catholici illud ex capite Spiritualitatis non agnoscunt

Dn. Joh. Helvic. Schüz *dict. posit. 2 n. 1* vers. 6  
*tamen illud non minus.* Linck *de jure Episcop. c. ult. n. 6*

Evangelici enim Status non debent nec possunt hac in re deterioris conditionis esse quàm Catholici, inter utriusq; quippe religionis Electores, Principes & Status omnes & singulos esse debet æqualitas exacta mutuaq;, ita, ut quod uni parti justum est, alteri quoq; justum debeat censerì, uti dicitur



in fine § 1. Artic V. Instr. Pacis Osnabr. add. Pac. Prag de  
 anno 1635 § 23. verb. Was einem Stand im Reich  
 recht / das müste ja dem andern nicht unrecht noch ver-  
 botten seyn. & Capitul. Leopold. Imp. art. 1 in fin.  
 ibi: denselben (Evangelicis) gleicher Schutz gehalten  
 und geleistet werden solle.

22. Hisce non obstat, quod nonnulli dicunt proces-  
 sum saltem in possessorio ventilari, possessorium autem  
 causæ spiritualis non esse spirituale, sed merè seculare,  
 cùm tantùm de facto quæstio moveatur, & eapropter  
 in possessorio jurisdictionem Judicis secularis seu Judicii  
 Imp. aulici vel Camerae Imp. esse fundatam

arg. c. fin. x. de judic. Gail. d. obs. 38 n. 3 Blum. Proc.  
 Camer. Tit. 43 n. 20

23. Nam hoc aliter locum non invenit, quàm si in pri-  
 ma instantia coram tali judice seculari possessorium fue-  
 rit ventilatum, qui simpliciter Senatus Imper. aulici vel  
 Camerae Imp. jurisdictioni subest; ab Episcopo enim  
 super possessorio rei spiritualis judicante ad dictum Se-  
 natum aulicum, tanquam forum seculare, appellari pos-  
 se, adversatur juribus Canonicis, juxta quæ à Judice Ec-  
 clesiastico ad Secularem non patet recursus

c. 2 x de judic. ubi vid. Gonzal. Lancelot. de at-  
 tentat. p. 2 c. 12 Limit. 50 n. 235



24. Ita pariter etiam, quantum ad Judicium Camerae Imperialis, concludunt Referentes apud

Gylman *Symphor.* p. 1 *Tom. 3* *Vot. 8* & Thilem. de Benign. *cent. 2* *obs. Cam. 2* *vot. 4* ubi ita legitur: *Spirituali jurisdictioni praedjudicari non debet per Cameraam, ut ferè in possessione non sumus recipiendi appellationes ab hoc Judice ecclesiastico.* Votum V ita habet ibidem: *Cum de jure à Judice ecclesiastico ad secularem non appelletur, quod etiam stylus Camerae à multis annis ita approbavit, concludo cum D. Pfeilstricker processus denegandos.*

25. Jam autem Status Imp. Evangelici causas Canoniatuum & Præbendarum non definiunt & judicant vigore jurisdictionis secularis, & eapropter ad summa Imperii Tribunalia appellabilis, sed vi jurisdictionis ecclesiasticæ, quæ juxta

*d. §. 48 art. v Instr. Pac. Osnabr.*  
cuius Evangelico Imperii Statui competit, & intra eisdem territorium se continet.

26. Ne dicam hoc in casu purum possessorium haud reperiri, sed agi de violatis à Canonico juratis suis reverfalibus, ejusq; propterea & ob incorrigibilitatem suam remotione, super quibus rebus nemo quàm Episcopus,  
vel



vel qui ejus loco est in territorio, & juribus Episcopa-  
libus gaudet, cognoscere potest, hinc æquum & ju-  
stum est, ut, pro statu hodierno, appellationes ad Se-  
natum Imper. aulicum & Camera Imperialem de-  
negentur

vid. *Responsum Juris* Amplis. Facultatis Viadri-  
næ apud Dn. Stryck. *de jur. Pap. c. 6. §. 6*

27. Nec Imperatori vel Camera Imperiali his con-  
tradicens causa competit, quippe cum neq; Ejus Sa-  
cratissima Majestas, neq; Hæc in istiusmodi judica-  
verint causis durante Papæ Romani hierarchiâ, sed vel  
Episcopus, vel per appellationis viam Pontifex Roma-  
nus, quorum omnibus juribus hodie gaudent & utun-  
tur omnes Evangelici Imperii Status

*d. §. 48. Instr. Pac. Osnabrug.*

28. Judicant quidem hodie Camera Imperialis & Se-  
natus Imper. aulicus in controversiis Ecclesiasticis,  
quando eæ versantur inter duos Imperii nostri Status,  
per textus expressos in

*Instr. Pac. Osnabr. art. v § 52 & 54. Reichs-Hoff-  
Raths Ordn. Ferd. 3 Imp. Tit. 1 §. 2 & Tit. 5 §. 21*

non autem si lis sit inter Evangelicorum Statuum sub-  
ditos,



ditos, aut inter hos & eorum superiores Principes vel Magistratus

Syring. de Pac. relig. th. 53 seq.

nam hujusmodi subditi nullibi forum habent, quam coram judicio Evangelici sui Principis vel Magistratus, aut illis, quibus potestas illa cognoscendi ab istis Evangelicis Statibus commissa est, quemadmodum in Saxonia supremo Senatui appellationum, & in Suecica Pomerania Tribunali Wismariensi hæc facultas concessa est

Dn. Mev. p. 4 decis. 1 Dn. Stryck. d. c. § 5.

29. Ne tamen partes ansam conquerendi habeant, à Statibus Imperii Evangelicis hoc in casu vel *Amicabilis Compositio* tentatur, aut admittitur, vel beneficium *Supplicationis*, aut pro re nata *Restitutionis in integrum* ex clausula generali Prætoria, indulgeri, vel *Judicium Revisorium* ordinari,

vid. Stryck d. 6. 6. §. 7.

aut *Transmissio actorum* ad Impartiales concedi solet  
Linck de jur. Episcop. c. 12 n. 59

30. *Plurimos* horum modorum, *appellatione tacite prohibita*, in Principali & Evangelica Abbatia Herfordiensi nunc etiam usu receptos esse, apparet ex *Capitulationibus* Abbatissis Elisabethæ Albertinæ Anno 1680  
nec



nec non Elisabethæ An. 1686 & Charlottæ Sophiæ Anno 1688 à summo Capitulo Abbatiali, post factam electionem Canonicam, præscriptis, in quarum *peculiaribus* paragrapho sequentia leguntur: Wann auch Ihre Hochw. und Hoch-Fürstl. Durchl. (Abbatissa) einige privat-zusprüche wider einen oder andern aus dem Clero hätten / daß ein Ehrwürdiges Capitul die Sache nach möglichkeit componiren zc. *Et porro*: in ernanten privat-zusprüchen bey entstehung der güte die Prætensionen und Fundamenten beyder Theile von den Abteylichen und auff das ganze Stiffte mit verpflichteten Råthen angenommen / colligiret / und auff eine Juristen Facultæt oder unpartheyisches Dom-Capitul wowider kein Theil excipiret hat / zur Decision verschicket / und derselben beyderseits pro abbreviandis litibus folge geleistet werden soll. Solte aber Ihr Hochw. und Hoch-Fürstl. Durchl. oder Dero Gegentheil durch dieselbe Juristen Facultæt oder unpartheyisch Dom-Capitul sich graviret befinden / so stehet ein und andern Theil frey nachmals seine Jura fürzustellen / mit dem Gegentheil durch zwey gewechselte Sätze zu verfahren / und die Transmission der Acten an eine Juristen Facultæt oder Dom-Capitul, dawieder keine Exception eingewant / zu urgiren / deme dann auch die zeitliche Abteyliche Råthe ohne ansehen der Person nachkommen sollen.



**APPROBATIO**  
*Trium Celeberrimarum, & tribus*  
*in Imp. nostro receptis Confessionibus addictarum,*  
*Facultatum Juridicarum.*

**C**um Quæstio præmissa in thesi discussa, nobis Decano cæterisque Doctoribus Facultatis Juridicæ in Universitate Hassiaca, quæ Marpurgi est, ad iudicium desuper ferendum transmissa esset, omnia sollicitè examinavimus, tandemque conclusimus, *decisionem ejus veram, solidam & nervosam esse*, in cujus rei fidem sigillo Facultatis nostræ eam muniri curavimus. Quod factum & actum Marpurgi die 24 April. anni 1697.

(L.S.) Decanus cæterique Doctores  
 Facult. Jurid. ibid.

\*\*\*\*\*  
**D**ennach Uns Decano, Seniori und andern Doctores & Professoribus bey allhiefiger Universiät der Juristen Facultät zu Würzburg vorhergesetzte Deduction, umb hierüber unsere Approbation zu ertheilen / zugeschicket worden: Als haben Wir dieselbe so wol privatim als collegialiter fleissig durchlesen / auch einhellig dafür gehalten / daß der dabey enthaltene Schluß und abgezieltes Sentiment, obwolten zwar hierin præjudicia in contrarium wissen / denen Rechten gänzlich gemäß seye / und selbiges / wo nicht aus allen  
 denen





denen in der Deduction angeführten rationibus zusambt /  
jedoch einigen davon und noch andern Rechtlichen Funda-  
mentis mehr möge bestärckt und erhalten werden. Daher  
Wir solches (exceptis tamen per omnia religionem no-  
stram Catholicam tangentibus ibi contentis) zu con-  
firmiren kein bedencken getragen. Urkundlich Unserer Fa-  
cultät hievor gedruckten grössern Insiegels. Sign. Würz-  
burg den 28 May 1697.

(L.S.) Decanus, Senior, coeteriq;  
DD. Professores Juridicæ Facult.  
in Universitate Würceburgensi.

PROPOSITAM Juris Quæstionem: An scilicet in causis  
Ecclesiasticis, & in specie Canonicalibus & Præ-  
bendariis per Jura Canonica & Leges Imperii ad supre-  
ma Imperii Germanici Tribunalia Aulicum nempe &  
Camerale licitè appellari, & ab iisdem cognitio institui  
queat? ex genuinis suis fundamentis *rectè solideq;* à  
Nobilissimo & Consultissimo Dno Consulente *negati-  
vè decisam* nostro quoque calculo stabilire, insuperq;  
in certio rem rei fidem Facultatis nostræ sigillo roborare  
nulli dubitamus. Tubingæ d. 22 May 1697.

(L.S.) Decanus & reliqui Doctores  
Facult. Jurid. in Univ. Tub.





# ADDITAMENTA.

## ADDIT. I.

**N**e offendiculum alicui præbeat quòd Amplissima Facultas Juridica Herbipolitana *contrariorum præjudiciorum* in hac sua Approbatione mentionem fecerit, observandum est

(a) Eandem præjudiciis istiusmodi, ad exemplum

Brunnemanni *Cons. 7 n. 62 cons. 26 n. 43 cons. 126 n. 71 & 77 & cons. 136 n. 133, Vultej. v. 1 cons. 34 n. 53* aliorumq; *Jctorum*, non multum tribuere, quod inde constare puto, quia iis non attentis huic Responso subscripsit.

(b) Notum est quòd *talia præjudicia* in causarum decisione vim legis non habeant.

Vid. Dn. Lauterb. *ad Tit. ff. de legib. n. 48* Dn. Stryck. *us. modern. ff. ad tit. de constit. Princ. §. 2 seq.*

(c) Hujusmodi præjudicatis haud tutò fidere possumus, quando ratio sententiæ, quam Judex reddere non solet, nec tenetur, non simul allegatur, nam si decisus casus à decidendo casu vel in minimo differt, præjudicium allegatum nihil relevat

*Gylman Symphor. tom. 2 p. 2 v. 30 n. 4*

(d) Non multum etiam talia præjudicata sunt curanda, quia, teste Cothmanno

*Vol. 1 Resp. 13 n. 126,*

non pro oraculo Delphico vel lege haberi debent; notum enim est, quod in una eademque quæstione præjudicia nonnulla à Mynsingero in *centuriis suis* relata contrariis à Gailio recitatis præjudiciis postea improbata esse legantur,

Vid. Cothman *d. Resp. n. 130 Vultej. d. n. 53* ubi addit: *non esserarum ut ipsi Camera Imp. Assessores à suis præjudiciis recedant.*

(e) Hinc apparet quòd summa Imperii nostri Tribunalia, quoniam potestate legis condendæ carent, non possint jus Statibus Evangelicis ex dispositione Pacis Religiosæ & Instrum. Pacis Osnabrug. competens præjudiciis suis abolere, aut saltem infringere

Vid. *Christin. V. 1 decis. 1 in fin.*

Nam decisiones non sequimur, quia sic decisum, sed quia bonâ ratione fundantur



Dn. Mev. *conf.* 110 n. 10 Reufner *vol. 1 conf.* 8 n. 55 Ludov. *decif.* 52 n. 13 Conf. Oswald Hilliger *in Enucl. Donell.* l. 25 c. 6 lit. f. & lib. 26 c. 2 lit. a

tibi eleganter scribit, quòd nec Imperatoris vel Papæ sententiæ, vel Curia alicujus supremæ placita, si juri adversa, nec in vim legis prodita, jus faciant. Nam aliquando quoque Rota rotare solet, uti de Rota Romana in proverbio est

Mev. *d. consil.* n. 12 Thesaur. *præfat. decis.* n. 33 Dn. Nicolai *resolut. cas. dub.* 11. n. ult.

Et non spectandum quid Romæ judicatum, sed quid judicari debuit  
*l. sed licet* 12 ff. *de off. Pras.* & an jure ita pronunciatum fuerit

Dn. Vitriar. *lib. 3 jur. publ. Tit.* 19 §. 8.

Scimus quidem suprema Imp. Dicasteria decernere nonnunquam processus in causa ad se non spectante, sed contra hæc attentata Status Imp. non parendi consuetudinem allegare solent; & quamvis hic vel ille Status paruerit, istiusmodi tamen actus, quos quis sua sponte admisit, vel certa de causa debuit admittere, aliis præjudicare nequeunt

Dn. Bod. *d. disp. th.* 53

## ADDIT. II.

(a) **Q**uidam dicunt: quòd licet Status Imperii Evangelici sibi suprematum arrogent in Ecclesiasticis & Spiritualibus rebus, eumque sibi per Instrum. Pac. Westphal. *Art. V §. Jus diæcesanum* 48 competere asserant, illo tamen non in omnibus, sed saltem in fidei articulis & causis religionis, gaudeant.

(b) Sed illi refelluntur ex *d. §. Jus diæcesanum*, nam si *tota* jurisdictio ecclesiastica *cum omnibus suis speciebus* contra Status August. Confess. addictos suspensa est, & intra terminos territorii cujusque se continet (quemadmodum *ibi* expressis verbis dicitur) non tantum circa fidei articulos & religionis materiam, sed circa *omnes* causas Ecclesiasticas Status illos independentes, Eorumque decreta inappellabilia esse oportet. Nam vox *omnis* universalis est, & omnes casus etiam dissimiles includit, & nihil excludit

*l. 68 ff. deleg. 3 c. 1 vers. dicendo verò omnia dist.* 19 Bursat. *conf.* 176

n. 11 v. 2 Ricc. *dec. Neap.* 287 n. 4 p. 2 Monach. *dec. Flor.* 69 n. 7

Glorit. *resp.* 1 p. 1 n. 187 Decian. *v. 3 conf.* 84 n. 13 Dn. Carpz.

*pr. crim. p. 1 quest.* 22 n. 28.

D 3

licet





licet major sit ratio in uno quam in alio

Cephal. *cons.* 149 Everh. *cons.* 235 n. 1 *seq.* Klock. v. 1. *cons.* 51 n. 303.

imò ad casum improprium trahitur, & ejus virtute includuntur illa, quæ aliàs non includerentur

Cravet. *cons.* 294 n. 2 & *cons.* 447 Cephal. *cons.* 172 n. 9 l. 2 Me-  
noch. *cons.* 26 n. 17 & *cons.* 123 n. 3. Surd. *dec.* 255 n. 8 Ruin.  
v. 5 *consil.* 61 n. 15

& verbum universale ea comprehendit in quibus specialis mentio re-  
quitur Cravet. *d. cons.* 294

(c) Hanc nostram sententiam confirmant quoque praxis & usus, quæ declarant mentem & intentionem paciscentium quid actum sit de præterito, suntq; optimi Instrumenti Pacis Westphal. interpretes l. 23 & 33 ff. *de legib. c. 8 x. de consuetud.*

& omne dubium solvunt, veramq; cujuslibet dispositionis naturam explicant, ita ut ab illis non sit recedendum

Rol. à Valle v. 2 *cons.* 2 n. 7 Carpz. 2 *Resp.* 53 n. 9 & *Resp.* 104 n. 6.

### ADDIT. III.

(1.) **A**lii post Nicolaum Everhardum Juniolem *vol. 2 consil. 1 n. 178* negant Episcoporum Catholicorum & Papæ Rom. jurisdictionem ecclesiasticam in territoriis Statuum Protestantium *destructivè & translativè* seu cum pleno effectu suspensam, & omnia quæ ab Ecclesiastica jurisdictione dependent, in Status illos translata esse, ajuntq; aliud esse jurisdictionem ecclesiasticam suspensam esse, aliud autem translata à se in alium; prius concessisse Catholicos Evangelicis, posterius autem minimè. Ad consensum Casparis Klockii Evangelici Doctoris provocant, quem quoq; istius opinionis & dictum Everhardum presso pede sequutum fuisse, constat ex

*Tract. de contribut. c. 10 n. 81. 88. 91. 92. 93.*

(2.) Everhardo ejusq; sequacibus prolixè responderunt Reinking. *lib. 3 de reg. sec. & eccl. class. 1 c. 7 n. 19 seqq.* & Dn. Mulz p. 2 *repræsent. maj Imp. c. 33 n. 125 seqq.* qui legi merentur. Jungatur his Dn. Stryck *dict. diss. de jur. Pap. cap. 2 §. 11* cujus verba hinc adscribere erit operæ pretium: *Nec obstat* (inquit) quòd Pontifici expressè nihil sit ademptum, sed jus ipsius tantum suspensum;

*Admit-*



Admitto hoc, si ad pacificationem religiosam superioris seculi respexeris, ibi enim § dicitur: es solle die Geistliche Jurisdiction nicht exerciret / gebrauchet oder geübet werden. Verum in Instr. Pac. Osnabr. Art. 5 §. 48 non tantum suspenditur, sed & territoriis adscribitur. Dum verò expresse Pontifici non adempta, hoc factum ob Statuum Catholicorum reverentiam, ast nihil exinde commodi accrescit Papa. Quis enim non videt, quod §. 19 art. 5 Instr. Pac. sub verbo à quocunq; lateat Pontifex, qui ibidem in fine, si non à jure, certè à juris executione excluditur, in effectu tamen ipso jure privatus est. Quid enim juvat habere rem sine usu, servitutem aqua ductus sine via, jus sine executione. Capitul. Leopold. §. 19 & Joseph. §. 18 graves minantur pœnas Advocatis præstantibus operam iis, qui in civilibus ad Papam appellant; quis ibi simul Papa negatam esse potestatem recipiendi ejusmodi Appellationes negaret?

(3.) Klockius autem sibi ipsi contradicit, uti elucescit ex num. 82 ubi inquit: jura ista Episcopalia ex post facto per supervenientem consuetudinem Statibus Evangelicis secularibus accessisse.

(4.) Perinde autem est utrum Hi acceperint ista jura ex consuetudine, an speciali concessione; consuetudinis quippe magna est auctoritas

c. 9 x. de consuetud. R.I. de anno 1594 §. und demnach R.I. de 1654 §. 105, Instr. Pac. Osnabr. artic. 8 §. 4 vers. de cetero.

siquidem legem potest abrogare, corrigere & mutare, ceu apparet ex c. 3 x de consuetud. in 6, & probant

Duarenus ad Tit. de legib. c. 12 Bronchorst cent. 1 enantioph. ass. 9 Gonzalez ad c. 9 x de consuetud. n. 2. & consuetudo pacto, privilegio, statuto ac veritati comparatur Bald. in l. si mater C. ne de stat. def. Riminald. consil. 304 Boër decis. 107 Dec. cons. 586, facit ex illicito licitum & est sequenda velut altera lex Gotofred. ad 2. feud. 1 lit. d.

(5.) Accedit: quòd Klockius illa anno 1632, & sic diu ante Instrumentum Pacis Osnabrug. scripserit, atq; capropter in jurium Statibus Evangelicis in

dict. §. 48 art. V Instr. Pac. Osnabr.

concessorum præjudicium nunc non possit amplius allegari, indubium



namq; est, *Klockium*, si post lectionem Instrumenti Pacis *caput illud decimum* sub incudem revocasset, & typis iterum publicasset, mutaturum fuisse sententiam.

(6.) In Status autem Evangelicos per Instrumentum Pacis Osnabr. jurisdictionem Ecclesiasticam derivatam esse certissimum est. Si enim jurisdictionis Episcopalis suspensio in Protestantibus illis Statibus novam translationem haud contineret, Statuum Catholicorum subditis Evangelicis jurisdictio ecclesiastica, cum annexis, scil. institutione Consistoriorum, ministeriorum Scholasticorum & Ecclesiasticorum, jure Patronatus, aliisque similibus juribus in dicto Instrum. Pac. *Artic. v § Hoc tamen non obstante 31* concedi non potuissent.

(7.) Sed hanc jurisdictionem Ecclesiasticam quia habent Catholicorum Statuum subditi Aug. Conf. addicti, (uti probant Dn. Henr. Linck *de jur. Episcop. c. ult. n. 9* & Dn. Mulz *represent. maj. Imp. p. 2 c. 33 n. 145 seq.* quibus add. Dn. Petr. Müller *consultat. utr. cognit. rer. eccles. semp. sit pen. jur. territ. hab. th. 9 & 14.*)

potiori superioritatis jure (argumento à minori ad majus ducto, quod in jure est fortissimum Everhard. *Topic. leg. à minori n. 1 Vultej v. 2 conf. 14 n. 48 Pruckman v. 1 conf. 4 n. 253 & conf. 22 n. 75 Mund. v. 2 conf. 2 n. 9*) eam sibi asserunt Status Evangelici, imprimis cum Hi diversis aliis Instrumenti Pacis Osnabr. argumentis territorio suo hanc ecclesiasticæ jurisdictionis eminentiam & prerogativam vindicent,

Vid. *d. Artic. v § quantum deinde 30* ubi expressis verbis dicitur: quod Statibus Evangelicis immediatis *cum jure territorii & superioritatis ex communi per totum Imperium hætenus usitata praxi* jus reformandi competat & *§ 1 Artic. 8 d. Instr. Pac.* ibi: *libero juris territorialis tam in ecclesiasticis quam politicis exercitio.* add. *§ territorii jure 43 dict. artic. 5, Pac. Prag. de 1635 § 23 ibi: Die religion der Landes-Hürstlichen Hoheit anhängig.*

(8.) Cum itaq; Evangelicorum Statuum superioritati territoriali hisce temporibus connexa sit jurisdictio Ecclesiastica, & Papæ Rom. ac



ac Episcoporum Catholicorum jurisdictio suspensa, Cæsareæ verò  
Majestati in sæpe dicto Instrumento Pacis Osnabr. aut alia fan-  
ctione Imperii pragmatica neutiquam concessa, firmo stabit talo  
in causis ecclesiasticis, & in specie Canonicalibus ac Præbendariis, à  
Statibus Evangelicis decisis, haud amplius posse appellari, cùm Hi  
neminem hac in re pro superiori in mundo recognoscant, uti in Re-  
sponso nostro præcedente §. 9. 10. 11. & 12 probatum est.

ADDIT. IV.

(a) **N**onnulli ajunt: *Status Imp. Evangelicos territoria sua ab Impera-  
tore jure feudi accipere, Ejus verò Majestatem in his omnibus  
supremam sibi jurisdictionem reservare; & quia Jus Sacrorum secundum  
Evangelicorum principia pars sit superioritatis territorialis, eapropter  
Status Evangelicos se jurisdictioni Cæsareæ in ecclesiasticis subtrahere  
haud posse; illis quidem in ditionibus suis competere jura Episcopalia,  
Cæsareæ autem Majestati in omnibus (exceptis religionis causis & fidei  
articulis) Papalia, & supremam quasi jurisdictionem.*

(b) Sed Illorum pace, & salvo humillimo erga Cæsaream Ma-  
jestatem respectu, respondemus verum esse quòd Jus Sacrorum sit  
pars superioritatis territorialis, prout hæc hodie fundamentalibus  
Imperii legibus stabilita, illiq; regulariter cohærere debeat, licet  
eidem inseparabiliter non ita adhæreat, sed queat abesse, quemad-  
modum durante Papali hierarchiâ abfuit, & hodie illâ adhuc ca-  
rent Status seculares Catholici.

(c) Concedimus quoq; Status Evangelicos territoria sua seu  
provincias non jure allodii (quod statuunt quidam allegati & rectè  
refutati à Dno Ittero *de feud. Imp. c. 2 n. 8* Dn. Eyben *elect. feud. c. 7  
n. 4* Dn. Stryck. *de tut. mat. Princ. Imp. c. 1 n. 7*) sed feudi ab Im-  
peratore & Imperio recognoscere, sed inde non sequitur quod illi  
territorialem superioritatem (inter quam & ipsa territoria distin-  
guendum esse nemo negabit qui præsentem Imperii nostri statum  
bene perspectum habet Dn. Stryck. *de jur. cataract. c. 2 §. 24*) Ejus  
Majestati etiam ferant acceptum, quippe cùm hodie eam non ha-  
beant ex Cæsareâ infeudatione, sed *jure suo ac proprio*, instar alia-  
rum rerum, consuetudine (cujus magna est autoritas & potestas,





seu dictum *suprà addit. 3 n. 4*) nimirum primùm quæsitam, postea verò Imperii sanctionibus confirmatam, exerceant (quemadmodum hæc omnia constant ex *Artic. 8 §. 1 Instr. Pac. Osnabr. verb. libero juris territorialis tam in ecclesiasticis quàm politicis exercitio & art. 3 Capitul. Leopold. ac Joseph. verb. wegen Lands-Sürstl. Hoher Obrigkeit hergebracht* / nec non doctrina Virorum Celeberr. & Status Imperii callentissimorum Perillustr. Dn. Bar. ab Andler *lib. 1 Jurisprud. tit. 10 n. 4 & 31 Norderm. de jur. Principat. concl. 88 lit. b.* Dn. à Rhetz. *lib. 2 jur. publ. Tit. 2 n. 37* Dn. Stryck. *dict. §. 24* Dn. Mulz. *p. 1. represent. maj. Imp. c. 20 n. 19 & 20*) & jure hæreditario, imò pleno, pauca si demseris, provinciis suis præsent Dn. Stryck. *de fortal. c. 2 n. 12.* Dn. Rhetz. *diss. de secularisat. c. 4 n. 65.*

(d) Hinc quoad territorialem sublimitatem (so viel die Hohe Landes-Obrigkeit belanget) liberam ac ferè regiam potestatem & auctoritatem obtinent, Dn. Conring *ad Lampad. c. 3 §. 5 p. 3.* Rusedorf *vindic. caus. Palat. præfat. n. 197* Dn. Sweder *jur. publ. part. spec. sect. 2 c. 12 n. 1* Dn. Stryck *dict. n. 12* Quin in quibusdam juribus, quæ recensentur à Burgoldensi *p. 1 disc. 10 ad Inst. Pac. n. 161*, insignem præ Cæsare prærogativam habent Dn. Stryck *d. c. 2 n. 13* Dn. Rhetz. *diss. de secularis. d. c. 4 n. 57.*

(e) Et quia, uti audivimus, non concessione aut infeudatione Cæsareâ, sed *jure suo ac proprio* Status Imperii superioritatem territorialem cum omnibus suis partibus exercent, sequitur, quòd eandem, & in specie Ecclesiasticam Jurisdictionem, non obtineant aut possideant jure feudi (si enim à sola feudali qualitate, quæ tantùm in fide consistit, ista deducenda esset, Status Evangelici non haberent jus sacrorum, cum ex solo fidei vinculo, quod est inter Dominum & Vassallum, huic nullum jus in religionem nascatur Dn. Bodin. *dict. diss. Hallens. de illicita à Principibus Protestantib. provocat. in causis eccles. th. 15*) nec Imperator in his omnibus supremam sibi jurisdictionem seu suprematam reservare queat, utpote quam neq; tempore dissidii religionis neq; postea habuit, nec per Instrumentum Pacis Osnabr. acquisivit, sed propterea Status Evangelici Cæsaris jurisdictionem circa ecclesiastica, ad exemplum Catholicorum Statuum sacratissimæ Ejus Majestatis forum ex capite spiritualitatis non agnoscentium, jure merito



rito declinent, per rationem *suprà in Responso §.21* vers. *Evangelici enim Status* adductam.

(f) Negamus de cœtero, quòd ex simplici seu sola territoriali superioritate Statibus Protestantibus Jus sacrorum competat, aliàs namq; Nobiles Imperii immediati, utpote superioritate territoriali carentes

Dn. Hugo *de statu reg. Germ. c.5 n.5.* Dn. Strauch. *diff. Exot. 4 th.22* Dn. Vitriar. *lib.3 Inst. jur. publ. tit.15 §.11* Dn. Stryck *de jure Baron. c.3 n.109,*

hoc non haberent, quo tamen, beneficio Pacis Relig. vid. *Recess. Imp. de anno 1555 §.26 & Instrumenti Pac. Osnabr. art.V §.28,* gaudent

Dn. à Rhetz *lib.2 jur. publ. tit.1 §39* Dn. Sweder *jur. publ. part. spec. Sect.2 c.18 n.10,*

sed potius cum Dn. Stryckio *de jur. Pap. c.1 §.12* & Dn. Bodino *dict. loc.* adserimus Status Evangelicos allegatum Jus Sacrorum habere ex pacto publico, legibusq; religiosis confirmata superioritate, suspensaq; auctoritate Papali, omniq; jurisdictione ecclesiastica territorio vi illius publici pacti conjunctâ, seu non ex mera superioritate, neq; ex nuda conventionione, sed ex super. territoriali & publico pacto seu conventionione publica, circa quam Cæsarea Majestas se habet instar partis, quod ipsæ voces *conventio & convenire* adhibitæ in Instrumenti Pac. Osnabr. *proæmio & artic. 4 §.5 ac art.5 §.1 & 28* satis ostendunt.

(g) Ex his omnibus luce meridianâ clarius apparet, quod Statibus Evangelicis non solùm circa fidei articulos & religionis causas, sed & *reliqua omnia ecclesiastica*, summa potestas, seu jura Papalia & suprema directio competant, nec Cæsareæ Majestati, pro præsentis rerum statu atq; conditione, illa verè adscribi possint, quoniam Ei neq; in Pacis Westphal. Instrumento, neq; ulla alia Imperii lege tributa sunt. Quod itaq; in Sanctionibus Imperii pragmaticis Cæsareæ Majestati non conceditur, id minus rectè Illi ab opponentibus attribuitur.

### ADDIT. V.

Quod in Responso § *XXVIII* vers. *non autem si lis sit* dictum est, ejus novissimè habemus exemplum in Principali & Evangelica Abbatia Quedlinburgensi, nam cùm ibi Canonissæ nonnul-





lae diversas imputationes & gravamina contra Abbatissam suam in Consilio Imperiali aulico anno 1697 proposuissent, & pro Rescripto Caesareo atq; Commissione decernenda supplicassent, Sereniss. Abbatissa *Anna Dorothea* in scripto (*Gegen-Bericht*) d. 10 Junii ejusdem anni exhibito petiit weil Klägerinnen Ihr ohne dem / laut Ihrer pflichten / obedientiam ac reverentiam zu leisten schuldig / die getlagte Gravamina auch lauter Causæ ecclesiasticæ, in quibus, quando lis est inter subditum & Magistratum, Ihr. Kaysersl. Majestät allerhöchste jurisdiction vi Instrumenti Pacis Osnabr. notoriè nicht fundiret wäre / Dieselbe allergnädigst geruhen möchten die querulirende Capitularinnen von Ihrem Reichs-Hoff-Rath ab / und dahin anweisen zulassen / daß sie vor Ihrer Abteylichen Regierung / welcher ein und anderer unpartheyischer Jctus adjungiret werden könnte / ihre imputationes verificiren / und gewärtig seyn müßten / daß die acta an ein frembdes ohninteressirtes Juristen Collegium zum Spruch Rechtens verschicket werden. Hæc cum perpendisset dictum augustissimum Judicium, abstinuit à cognitione & decisione, & tantum Rescriptum Excitatorium ad Dominam Abbatissam de justitia secundum Capitulationem suam receptaq; statuta ac observantiam administranda decrevit.

Et postquam isto anno 1697 in causa Senatus Cöthensis civitatis contra Serenissimum suum Principem *Immanuelm Lebrechtum Anhaltino-Cöthensem* ob diversa adversus Principem gravamina ex Dicasterio Imp. aulico Mandatum sine clausula emanasset, Princeps, cum partitionem circa reliqua puncta scripto doceret, punctum *juris Patronatus* tamen excepit, inquiens: Der punctus juris Patronatus als eine *causa Ecclesiastica* sey dem Kaysersl. Mandato nicht unterworffen / deswegen auch der Kaysersl. Reichs-Hoff-Rath von Ihme keine partition zu prætendiren hätte / weniger darüber erkennen könnte. Idem nuper Senatus Evangelicus Civitatis Imp. Suevo-Hallensis in causa *Glock* contra *Se*, in puncto mutationis Confessionarii, in Memoriali Eidem laudatissimo Judicio exhibito indicavit.

ADDIT VI.

Si inter aliquos circa hæc controversia oboriatur, eam augustissima Imp. Judicia Camerale & Aulicum dirimere non possunt, his enim



Tribunalibus non competit potestas lites super intellectu Pacis Relig. & Instrum. Pacis Westph. ortas propriâ authoritate decidendi, sed cognitio ista spectat tantum ad Comitiam & Conventus Imperii, vigore *Articuli v § utriusq; religionis 50 Instr. Pac. Osnab. ibi: sed si dubii quid ex causis Pacem religiosam aut hanc Transactionem tangentibus resultet, de eo in Comitibus vel aliis Imperii conventibus inter utriusq; religionis Proceres non nisi amabili ratione transigatur, & art. 8 §. gaudeant 2 ibi: præsertim ubi leges interpretanda.* Juxta hanc dispositionem Status Imperii anno 1654 super controversia circa intellectum §. civitati Magdeburgensi 8 art. XI. *Inst. Pac. Osnab.* inter Magdeburgensis Archiepiscopatus Administratorem & Civitatem exortam, præviâ deliberatione in Comitibus Imperii habitâ cognovisse apparet ex conclusio seu mavis placito Imp. (*Reichs Gutachten*) ap. Dn Fritsch. *in adnotam: ad Instrument. Pac. Osnabr. d. §. 8 pag. m. 547.* Hinc Evangelici Imp. Status in monitis suis particularibus ad *artic. 2 Capitul. Leopold.* ita notaverunt, teste Herden *p. 3 der Grundfeste c. 3 p. m. 221, Daß der zukünftige Röm. Kaiser sich der interpretation der Reichs-Satzungen/und insonderheit des Instrumenti Pacis allein nicht anzumassen/sondern dafern sich ein dubius intellectus ereignen sollte/ mit gesanter Stände des Reichs Vorwissen/Naht und Vergleichung auff öffentlichen Reichs-Tagen damit zu verfahren/zuvorher aber darin nichts zuverfügen noch ergehen zu lassen.* Pollicem mihi hac in re premunt Jcti Catholici & Evangelici

Dn. Mev. *p. 1 decis. 67* Dn. Wilh. Ignat. Schüz *manual. pacif. quest. 16* Dn. Stryck. *us. mod. ff. lib. 1 Tit. 3 §. 4* Dn. Mulz *represent. maj. Imp. p. 2 c. 33 n. 230 in fin.* Dn. Buckisch *ad artic. V Instr. Pac. Osnabrug. obs. 88.* Dn. Borromeus Riccrantus (Hieronymus Prückner) *in not. ad quest. 17 manual. pacif. Schüz p. m. 149* Dn. Deckher *de pac. civil. relig. Germ. Osnabrug. dat. cap. 43 n. 16* Dn. Joh. Volck Bechman *Inst. jur. publ. lib. 1 c. 6 num. 5*

ADDIT. VII.

Verba Responsi Amplifs. Facultatis Juridicæ Moguntinæ, quæ in Responso nostro § XI & XII indigitantur, sequentis sunt





tenoris : Und da man auch den gesetzten / jedoch obhgeständigen  
 Fall zugeben wolte / daß besagte vermeintliche Appellation an sich  
 selbstn bestehen möchte / so könte jedoch selbige an Ihr Kayserl.  
 Majest. oder Dero Cammer-Gericht keines weges hingelangen /  
 dann nachdemalen N. das Jus Dicecesanum und alle ditzfalls  
 competirende Recht und Gerechtigkeit intra fines territorii sui ob-  
 besagter massen erhalten / und bis hiehin ungekräncket exerciret  
 hat / und dann nach außweis der Religions-Verbündnissen und  
 Transaction alle und jede Protestirende Fürsten und Stände des  
 Reichs bey ihren ubralten Gerechtigkeiten / Vorzügen / Freyhei-  
 ten / hoher Landes Obrigkeit so wol in Geist- als Weltlichen ex-  
 exercitio, und dieser aller Possession bis daher gelassen / und derge-  
 stalt bestätiget seyn / daß sie von niemand / unter was Schein es  
 auch immer seyn möchte / de facto davon turbiret werden können /  
 wie die Anno 1555 auffgerichtete und hernach vielfältig erneuerte  
 pacificationes und Reichs-Abschiede passim nach sich führen / so se-  
 hen wir nicht / wie Ihr Hoch-Fürstl. Durchl. *quoad jurisdictio-  
 nem ecclesiasticam* einem höheren weltlichem Oberhaupt unterworff-  
 fen seyn können / *cum Caesaris & Camera Imperialis jurisdictio in  
 causis spiritualibus & contra personas ecclesiasticas quæ tales non sit  
 fundata*

*l. placet C. de SS. Eccles. auth. statuimus C. de Episc. & Cler. Gail.  
 de Pac. Publ. lib. I c. I n. 14 Blum. proc. Cam. Tit. 29 n. 86  
 & n. 114*

Folglich von selbstn erhellet daß die von N. à suspensione per Prin-  
 cipem suum lata an den Kayserl. Reichs-Hoff-Rath oder Cam-  
 mer-Gericht als *Judices incompetentes* hingerichtete Appellation  
 ohngültig und von keinen kräftten seye. Und obwol dergleichen  
 Appellation ad Archi-Episcopum vel summum Pontificem gehö-  
 rig / so ist jedoch / vermög obangeregter in Anno 1555 geschlosse-  
 ner und nachgehends auff verschiedenen Reichs-Tagen / auch lezlich  
 durch den im Jahr 1648 getroffenen Osnabrückischen Frieden-  
 Schluß verabschied- und bestätigten Transactionen / das Jus  
 Dicecesanum und alle Geistliche Jurisdiction mit aller ihrer art  
 wider die Augspurg. Confessions-Verwandte (derer Recht auch  
 den



den Reformirten in allem zustehet / vid. Osnabr. Fried n-Schluss  
 Artic. 7) so wol zwischen Catholischen und Protestirend als un-  
 ter diesen Ständen allein suspendiret und in den Schra ften eines  
 jeden Landes Obrigkeit besagtes Jus Dioecesanum und G illiche Ju-  
 risdiction gelassen worden Reichs- Abschied de Anno 1555  
 S. damit auch obberührte. Instrum. Pac. Osnabr. Art. V §. Jus Dia-  
 cesanum. Worauß dann sich ergiebt/ daß die Protestirende Stän-  
 de/ mithin Ihr. Hoch- Fürstl. Durchl. N. N. ob suspensam hanc ju-  
 risdictionem in Spiritualibus keinen Superiorem bisß daher agnosciren/  
 prout præter alios tradit Reinking lib. 3 de Reg. sec. & eccl. cl. I c. 10  
 n. 51 Quo pertinet, quòd idem homo diversis respectibus  
 diverso jure ac diversis qualitatibus censerì possit  
 Gail. I obs. 30 num. 8.

F I N I S









Kr 3497

(x225 8755)

WPA


*[Handwritten signature]*











13.

SUM JURIS  
 EM PROPOSITAM,  
 in quo  
 ssumè demonstratur  
 quòd  
 AUSIS  
 IASTICIS,  
 specie  
 US ET PRÆBEN-  
 perii Evangelicis per  
 perii ad suprema Germaniæ  
 Camerale, non possit licitè appel-  
 e super cognitio institui,  
 etiam  
 piis, atque solidis ra-  
 vangelicis in ditionibus suis  
 a omnes causas ecclesiasticas &  
 npetere asseritur.  
 ZUM  
 rium famigeratis-  
 mperio receptis religionibus  
 legiorum, nec non Additionibus  
 e necessariis.  
 DA emendat. & auct.

13